



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

In seculo quot sint, quæ à via salutis impediunt occasiones: monastici instituti encomiu[m]: mundum relinquere quid sit, quoq[ue] pacto id liceat. Epist. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

ter atque hilariter accipiat: inter quæcunque aduersa semper Deum laudet, gratias agat, & benedicat &c. Castitatem item, mititatem, charitatem ardentissimam, intensissimam, perfectissimam, fidelissimam atque perpetuam quæ in se omnem alium amorem à Deo alienum exurat, & medullitus eradicet: similiter omnem amaritudinem, lituorem, iram, & quicquid charitati aduersatur extinguat, & mortificet. Iterum, petat se impleri vulnerari, absorberi, atque vniri Deo perfectissima charitate vt dicendo verbi gratia, ad Deum: Ex toto corde, ex tota anima ex tota mente, & totis viribus, & ex omnibus medullis te diligam, te solum cogitem, te solum desiderem, tibi soli placere cupiã, tibi soli inhereã & omnes vires, omne tempus vitæ meæ, ac quicquid sum ac possum, in gloriam & beneplacitum tuum expendam. Deinde, resignet se in beneplacitum diuinum per omnia, petatq; sibi dari à Deo semper perfectissimam ac plenissimam sui abnegationem & resignationem in diuinum beneplacitum. Postremo, hæc omnia in vna summa petat & pro filijs suis spiritualibus, quos commendat Deo, vt eius filij sint, & ipse trahat eos in se, faciatq; in cordibus illorum locum sibi, vbi singulariter ipsum defectet habitare & manere. Oret simili modo pro confederatis, vt Deus illos sibi federe inuolabili coniungat, nec vnquam à se separari patiatur &c. Oret pro benefactoribus, vt illis pro te Deus retribuatur & benefaciat, intendens & optans omnia illis donari à Deo quæ pro seipso petiuit. Item pro singulariter se commendantibus, vt vnicuique secundum quod ipse nouit ad salutem cuiuscunque & ad gloriam & beneplacitum suum tribuat. Pro defunctis, vt sanguinis sui refrigerium in purgatorium stillare, imò manare faciat (& consolationem ac liberationem illis impendat) quo ardens pena extingatur. Et generaliter pro Ecclesia, aut occurrentibus causis, quibus vult. Hæc Reuerende Pater scripsi P. V. non aliqua temeritate, sed vera adductus charitate. Quæso ignoscatis, mihi, si liberior fui & oretis Deum pro me.

Matt. 22.
Luc. 10.

Resignatio
sui vera vt à
Deo peteda
sit.

Oret pro filijs
spiritualibus.

Pro confederatis vt
o-
randa sit.
Pro benefactoribus vt
orandum.

Pro spectatum se
commendantibus
vt orandum
sit.

Pro defunctis vt sit
orandum.

Pro Ecclesia
vt sit orandum.

In seculo quot sint quæ à via salutis impediunt occasiones: monastici instituti encomium: mundum relinquere quid sit, quoque id pacto liceat.

Epistola V.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS. suo familiari amico Gerharo, diuitijs opinione, moribusque candidis ornato, Iesum Christum, qui cum diues esset propter nos pauper factus est: qui cum esset Rex regum & Dominus dominantium, filius voluit esse virginis pauperis, pauperis fabri alumnus, & velut nihil proprium habens in terris, adeo, vt in cruce non esset ei locus vbi caput reclinaret, factum pro te opprobrium hominum & abiectionem plebis, tanquam leprosum, iuxta verbum Esaie humiliatum & percussum à Deo cum esset filius Dei, in salutem.

Cor. 8.
Apoc. 19.
Luc. 12

Matt. 8.
Psal. 21.
Esa. 53.

Motum.

Morum tuorum probitas honestatisq; cādor aliquid denique (q; in me sentio) vehementis amoris erga te cogit me, mi Gerharde, vt benevolentiam animi mei verbis aut literis exprimam. Bene namque tibi volo, bonum tibi opto, non modo illud temporale, transitorium, mundanum, deceptorium (tametli ne il-

lud quidem tibi quoad Deo consentiat, non deprecor) sed æternum, falsificum, verum, purum, opimum. Ab hoc bono multi dehortantur, modo ad bona quæ nihili sunt, & transitoria, cum & ipsi miser è decepti (contra Euāgelicam veritatem) putent se illa felicia sempiternaq; bona non minus imò iuxta, atque temporalia possiduros nec opus fore temporalia & mundana relinquere, vt æterna & cœlestia possideantur: quasi neiciant Christum vitam & veritatem ad Patrem docuisse non tam verbo, quam exemplo, etiam monstrasse per humilitatem mansuetudinem, voluntariam paupertatem, contemptum, persecutionum tolerantiam ac iniuriarum, per sui abnegationem, charorum relictionem &c. cœli regnum & regni cœlestis dominium promerendum. Quod cum inter ceteros homines ambiciosos, voluptuosos, impudicos atque mundi & carnis amatores, vt non profus impossibile, ita rursus non sit facile, quin potius difficillimum atque rarissimum ex Christi doctrina non omnibus præcepta generatim, sed suasa, sancti Dei homines instituerunt monastica atque abstracta vitæ genus, vbi separatim à mundi tumultu, à scapdalo, à consortio prauo, à persuasionibus pestiferisq; exemplis tuti, soli, aut inter homines tantum eiusdem propositi Deo viuere-

retur. Itaq; vbiunque viuatur, quocunq; viuendi genere quis delectetur, necessarium est (si saluum se cupiat) Christo viuatur. Necessarium, inquam est, vt totius vitæ humanæ scopus sit Christus. Cæterum inter pocula & cantica conuiuantium, compotantiumq; inter illicitos amores, inter alia, quæ secundum Apostolum opera & fructus carnis sunt & enumerare piget, quibus plenus vbiq; est mūdus, nō quaeritur Christus. Beati ergo q saluti suæ, cum non aut vix tuti aliter esse queant, fugiendo consulunt. Proinde Gerharde mi dulcissime, cum maior erga te sit mihi charitas, quam familiaritas metuo (cum maximè te securum putes) à diabolo tibi pericula, salutis æternæ perditionis reia ponenda. Equidem scio animi tui candorem quo si plus æquo (vt fieri assolet) fretus fueris, hoc est, nisi prudentissimè perspexeris, sollicitè metueris, sedulo vigilaueris, occasione (quas habes maximas) mūdo, carne, fortuna, ætate, diuitijs, decore, parentum gloria, fauoreq; & cæteris id genus innumeris (quæ mūdus miratur) in te confluentibus, te mutabunt, & carnalem, mundanum, cæcum atque stupidum efficiunt. O si meum aut verius non meula, sed Apostoli Ioannis consilium audias, dicentis: *No-*

lite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Sed audio, multos qui dicunt se non diligere mundum. At quantum à verò distent, liquet, quod à mūdo nō possunt separari. Quod autem quis relinquere non vult, diligit. Quod est separari à mundo, aut relinquere mundum? honores aspernari, diuitias contempnere, curiosis non oblectari, societates mundanorum hominum, hoc est, eorum, qui mundana amant & mundana prædicant, fugere, delectationes sensuū, voluptatesq; carnis sibi interdicerere. Et (vt breuiter vno verbo dicam) quicquid transito-

rium

A bono sumo vt pluri mi dehortentur.

Ioan 14.
Mat 8.
Luc 9.
Mat 5.
Luc 14.

Monastica abstractaq; vitæ institutum cur inuatum.

Gal 5.

1 Ioan 2.

Relinquere mundum quid sit.

rium est, quicquid inane aut vanum est, quicquid in Deum non trahit animum, quicquid à virtute declinat, fastidire. Putabis forsitan solos monachos à me prædicandos quod mundum reliquerint. Inueniuntur etiam inter illos qui amant mundum, inueniuntur rursus è regione in vrbibus qui nō amant mundum. Hoc tamen addo: cui Deus hoc inspirauerit, qui ita instituerit, separari ab amore mundi, accedere ad Deum per eius amorem si in medio nationis prauæ manere voluerit, centum reperiet qui ipsum sint abstracturi, & teneram plantulam huius deuotionis dissuadendo, deridendo, persequendo, alliciendo & alijs innumeris modis eradicaturi.

In seculo
quenā quos
à Deo re-
trahant.

Expedit igitur ad societate bene instituta vitæ accedere vbi in claustrum à mundanis corruptoribus, à peccandi occasionibus segregatus, multos habeat, qui ignorantem instruant, trepidatē confortent, rapidum exemplo prouocent, cadentem rursus erigant, tentatum orationibus iuuent, trahāt vrgeant compellantq; (si vias inferni iterum velit ambulare) ad æternam felicitatem. Hæc tibi, mi chare Gerharde, nō potui committere quin communicarem: tuum erit ex eis ea quæ tuæ salutis proficua videbuntur, exugere.

Vale.

Monasticum institutum auspiciaturus quenam obseruare debeat: nominis Carthusianus litera quid mystice innuant.

Epistola VI.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS CARTHVS.

Bernardo, Alberto & Ioanni adolescentibus eruditis ac pietate præstantibus, spiritum bonum & principalem.

NON vulgare hoc est adolescentes, ac filij charissimi, quo pater misericordiarum, & Deus consolationis vos cæpit sibi attrahere iam vocationis, atque filios hæredesque sui regni afficere. Videte enim quot hostes, quot infidias, quot laquei vobis sūt ex aduerso. è quibus tamen omnibus vos liberat Dominus. Blanditur ætas, arridet mundus, caro incitat, tentat diabolus, prauorum tam verba, quam exempla abducunt: postremo, fortuna, opes, forma irretire nituntur, Christumq; vobis tollere, ac vos Christo. At per Christū disruptis vinculis, nudatis technis omnibus, vos liberi euolatis ad crucem. Nunquā post hæc hæsitare potestis, quin à Christo Domino ac Deo nostro hæc vestra vocatio sit, cū tam multa (quorum ne vnum quidem sine Deo superare possitis) non queant vos illaqueare, quo minus pergatis ad illum.

2. Thef. 1.
Quot hostes
pijs infidie-
tur.

Pergite igitur & florete virentes rosæ, spirate Christo & angelis (quorum est immensum gaudium super vno peccatore penitentiam agente) odorem ex vobis ipsis suauissimum. Offerite illi vosipsas hostiam placentem, & sacrificium immaculatum Deo. Relinquit mundum eiusq; fœces, ac fetores porcis: quandoquidem non modo in gratiam, verum etiam in amicitiam suam vocat & expectat vos Christus. Contemptris itaque omnibus quæ extra Deū sunt, hic vobis vnus sit desideratus, maneatq; optatus semper inter quæcun-

Luc. 15.
Rom. 12.

N

que